

COIX 31  
80



BREVÉ 13

BRITISH  
PATENT  
OFFICE

# CAPITULUM ET CANONICI Sacrosanctae Lateranensis Ecclesiae omnium Urbis, & Orbis Ecclesiarum Matris, et Capituli.



**S**ummarium Indulgentiarum, quae concessae fuerunt Ven. Ecclesiae sub Invocatione S. Mariae Lauretanae Nobilium Virorum Mercatorum, & Confratrum Confraternitatis Italorum Civitatis Vixipone exister. extra, & prope mensa ejusdem Civitatis juxta Portam, quae dicitur S. Catharinae jam usque ab Anno 1518. in Fundo Lateranensi erectae, & super in eodem Anno iterum constructae vigore Descripti facultativi SSmi Dni Nri Pij Papae VI. feliciter Regnantis die 51. Augusti mox elapsi, quo derogatur Constitutioni Sanctae Maud. Benedicto Papae XIV. Assiduae Sollicitudinis editae apud S. Mariam Majorem pridie nonas Maij Anno 1751. alijque in contrarium facientibus, quas Indulgentias consequentur omnes Christiani fideles, qui dictam Ecclesiam devoto, acriter penitentes, ac vitae proposito visitaverint, ibique pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, heresim extirpatione, & Christianorum Principum cordis pias ad Deum preces effuderint.

In primis ex inconcussa, & antiquissima traditione habetur, B. Silvestrum Papam I. post Consecrationem Nostrae SSae Sacramentis Ecclesiae precibus Constantini Magni Imperatoris omnibus dictam Ecclesiam a lethali culpa immunibus orisantibus plenam eius Remissionem peccatorum concessione. Item in eo sunt quotidijs 60. & 8. Annis, ac totidem Quadrages Indulgentiarum ac Remissio tertiae partis peccatorum. In primis Dominica Quadragesime. In Dominica Palmarum. In die Cane Domini. In Sabbato Sancto. In die Resurrectionis Dominicae cum duobus diebus sequentibus. In Sabbato in Albis. In die Ascensionis Dni Nri Jesu Christo. In Vigilia Pentecostes, & in die Pentecostes cum duobus sequentibus. In Festo Sanctissimi Corporis Christi est Indulgentia, & Remissio plenaria omnium peccatorum. Item in Circumcisione Dni Nri Jesu Christo. In Epiphania Domini. In Purificatione B. M. V. In Festo S. Matthiae Apostoli. S. Marci Evangelistae, Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi. S. Johannis ante Portam Latinam. S. Barnabae Apostoli, In Festo Nativitatis Sancti Jo. Baptiste a primis Vesperis quidem Festo, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli. In die Transfigurationis Dni Nri Jesu Christo. In Festo S. Laurentii Martyris, In Festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Sancto Bartholomeo Apostolo, Decollationis S. Johannis Baptiste, In Festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, S. Matthaei Apostoli, S. Lucae Evangelistae, Sanctorum Apostolorum Simonis, & Iudae, In Festo omnium Sanctorum, die 9. Novembris In Festo Dedicationis Nostrae Sacrosanctae Sacramentis Ecclesiae. In Festo Sancto Andreae Apostolo, Conceptionis Beatae Mariae Virginis, Sancto Thome Apostolo, In Nativitate Domini Nostri Jesu Christo cum tribus diebus sequentibus, In Festo Sancto Silvestro Papae, est Indulgentia, & plenaria Remissio omnium peccatorum. Item in Conversione Sancti Pauli Apostoli die 25. Januarij est Indulgentia centum Annorum, In Festo Sancti Francisci de Assisio Confessoris die 4. Octobris est similis Indulgentia centum Annorum in Sacello quidem Sancto. Item a die sexto Maij, usque ad diem primam Augusti sunt quamplurimae Indulgentiae. Sunt denique, & aliae quamplurimae Indulgentiae Sacrosanctae Nostrae Lateranensi Ecclesiae per Summos Romanos Pontifices concessae, quae singulatim ignorantur, ut constat ex Bulla Innocentij Papae, in qua dicitur. Sunt tamen multae, & infinitae Indulgentiae Lateranensis Ecclesiae, ut numerari non possint nisi a solo Deo, quas omnes confirmo.

Has autem omnes Indulgentias supradictae Ven. Ecclesiae Sanctae Mariae Lauretanae Nationis Italorum Civitatis Vixipone vigore praefati Descripti Sanctissimum Dominum Nostrem Pii. Papae VI. perpetuo in Domino concedimus, & communicamus ad formam Litterarum sub hac eadem die expeditarum, ac praefati Summarium Illius, & Nri Domini Canonico Nostro a Secretis subscriptione, & sigilli Capitularis magnae Impressionis muniri mandavimus. Datum Laterani die 4. Mensis Septembris Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1788. Pontificatus autem Sanctissimum in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pii. Divinae Providentiae Papae VI. Anno Undecimo.

*Antonijs Camillej An. Josilla Canonice Lateranensis a Secretis*

